

dicunt: lugere quoniam comedunt plura quam alio tempore. Ratio est quia tunc aduertunt se in mortali carcere fore constitutos quod ita faciunt dum sunt in contemplatione suspensivi. Hunc panem comedit angelus ille terrestrius paulus quoniam dicitur. Infelix est homo quos me liberabit de corpore. Et iterum. Cupio dissolui et esse cum christo. Similiter et alter angelus. scilicet Augustinus qui tibi usum molestiam appellabat. ut supra in secundo membro. Et alibi. Displicebat ei quidquid agebat in leculo pro dulcedine dei. Et. confel. di. Ego lugens sum eo quod in columbarius sum sperans profectum te in misericordias tuas. Itaque finis istorum debet esse quod in sumendo cibis et alia necessaria vite non se sed ipsum deum intendant. ita quod non sibi sed deo comedant. Et iste est refectio ordo ut primum. scilicet inepietas intendat corporis afflictionem. Sed secundo. scilicet profectus intendat spiritus roboracionem. Sed isti tertii intendant solum dei dilectionem. Sicut paulus dicit. Nichi viuere christus est. moxi autem lucrum. Et beatus Augustinus. in. confel. Cum ihero tibi ex omni me uiuat vita mea tota plena te. Tunc mens inheret deo ex omni se quoniam quicquid facit vel vult non sibi facit sed deo facit vel vult. Item. Tu resurges et places ut abijctam me et eligam te. applica. Et sic patet qualiter beatus Augustinus abstractus fuit et vsu et delectatione terrenorum quantum ad illas delectationes que sunt circa gustum. Et similiter istis que per omnia ad aptari potest de his circa tactum puta venerea balnea mollities strati et quecumque talia. Et qualiter ab istis omnibus delectationibus et modis beatus Augustinus fuit abstractus habet manifeste ex libro soliloquiorum ubi dicit quod etiam cum horrore et a spiritatione talia recordabatur. et loquitur de venereis. Et subdit. Et hoc bonum michi in dies crescit. Nam quanto augetur spes videns de illius pulchritudinem qua vehementer estuo tanto ad illa totum amor voluptasque conuertitur. Et hoc scripsit ante baptismum beo dictum est supra. Quia igitur magne abstractionis creditur fuisse. Non merito angelus nuncupatur ratione abstractionis a terrenis et carnalibus. Nam in carne preter carnem viuere angelica vita est secundum hieronymum. Unde de eo apte intelligitur illud apocalyp. in. quod angelus amictus est nube. quod licet conuersatio sua esset in terra situ corporal. erat tamen similitudine nubis mente eleuatus a terrenis abstractione corporali ut dicere posset cum apostolo. Postra conuersatio in celis est.

¶. clij.

Subsermo tertius.

**N**on alterum angelum. Dico quomodo sanctitatis excellentia attenditur in terrenis quomodo oimoda abiectione. Sequitur videre quomodo attenditur in virum libera dispositione. videlicet libere et absque omni retardatione et impedimento possit in operationes suas secundum quadam similitudinem eius quod videtur in angelis qui secundum opinionem habent virtutem omnimode liberam et indefessam et in nullo penitus impeditam. unde possunt in operationes suas sine more dilatione omnia aduersa coherere possunt sine resistentia et contradictione subito et in instanti iussa perficiunt absque protrahione. Propter quod angelus volare dicuntur et habere alas in scriptura. Per quas intelliguntur vires humilitate et bene disposita ad contemplandum ad instinctus diuinos prompte et facili obediendum et consequendum. Sciendum ergo quod habitatio et dispositio virum attenditur penes sex que de alio cherubin leguntur. In quibus intelligimus sex gradus quibus anima vel vires eius vel mens ad contemplandum disponitur. Primo enim legimus quod manus hominis erat sub penis cherubin. per quod intelligitur secula imitatio operum christi ut mens in omni actu singulari virum conetur se conformare christo per virtuosam imitationem. Per hoc precipue habitantur vires unde menti volenti ardua perfectio scandere dicitur illud. In spice et fac secundum exemplar. Sic beatus Augustinus cui displicebat omne in quo nomen hiesu christi non habebat. Secundo ale cherubin sunt exaltate a terra in quo intelligitur eleuatio mentis ultra illud quod sensibus corporeis apprehendi potest Job xxxiii. In visione nocturna per somnum irruunt sopor homines. Per hoc enim quod mens ab istis sensibus abstractur et in se totaliter maxime ad contemplandum disponitur. Unde gregori in moral. Qui ad interiora ad intelligenda rapi voluerit oportet ut a rebus visibilibus oculos claudat. Sic beatus Augustinus transceudit omnes sensus corporis quarto confel. d. Cum te amo non speciem corporis. Tertio alas expeditabant in. Reg. iiii. Expeditabant cherubin alas suas. scilicet super locum arche. In quo modoratio intelligitur. Sicut enim aues immobiliter se habentes in aere alas dicuntur expandere et attente tremulis oculis aspice